

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum LV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Iudubitem hoc est quod infantes baptizati fidem habeant, nec ex scriptura contrarium probari potest, licet incertum nobis sit, quæ sit illius fidei ratio, aut quomodo credant
B. Lutherus in Epist. quadam ad duos Pastores de Anabaptismo.

Die kleinen Kinderlein den waaren Gott
 erkennen/
 Wiewol des Glaubens Art man nicht kan
 gnug benennen;
 Doher der Engel-Schaar bewahret
 ihren Lauff:
 Wer wolt ein solches Kind nicht willig
 nehmen auff!

Ex v. 10.

*Dum Satanæ lites strargit: dum prælia spirat
 Tu nos Angelicò milite, Christe, tege!*

ORACULUM SACRUM LV.

Ebr. 1, 14.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Οχι πάντες ἄγγελοι εἰσὶ λειτουργία
 πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποσπλόμενα διὰ τῶν
 ἡθελόντων κληρονομεῖν σωτηρίαν.

Versio

Versio Vulgata.

Nonne omnes Angeli sunt administratores spiritus, in ministerium emissi propter eos, qui hereditatem capient salutis.

VERSIO B. LUTHERI.

Seynd nicht die Engel allzumahl dienstbahre Geister/ außgesendet zum Dienst/ umb derer Willen die erben sollen die Seeligkeit.

N O T Æ.

I. Apostolus h. l. Christum creatorem confert cum Angelis creatis, & tandem concludit Christum esse longè præstantiorem Angelis, argumentò ductò à sessione ad dextram DEi. E. absurdum non est DEum creatorem, ut creatorem, conferri cum rebus creatis, quod in facris literis non infreqvens, uti videre est, Esa. XLV, 20. cap. LXII, 8. Jerem. X, 11. Pf. XCVI, 5. Pf. CXV, 4. & 5. & aliis in locis compluribus, contra Socinum, qui in Refut. argum. Bellarm. p. 68. existimat Apostolum instituisse collationem cujusdam rei creatæ, i. e. Christi Jesu, quatenus est creatus, cum aliis quibusdam rebus creatis i. e. cum ipsis Angelis DEi.

2. Si

2. Si autem Christus est longè præstantior Angelis bonis & quidem ideo, quia nulli Angelorum à DEO dictum: Sede à dextris meis, utiq; dantur boni Angeli, aliàs Apostolus hanc collationem non potuisset instituere, *contra Epicureos & cum primis Georgium Davidem, qui omninò Angelos negavit, & se tertium Davidem, & verum Messiam nominavit.*

3. Angeli h. l. dicuntur *πνεύματα*. E. sunt substantiæ spirituales, realiter & verè subsistentes. Et quamvis olim in corporibus apparuerint & adhuc appareant Angeli tam boni, quàm mali, tamen hæc corpora non sunt ipsis naturalia, sed ad tempus tantum adsumta, quæ, quando libet, deponunt, ut homo vestem deponit. Quod notandum

1. *contra SADDUCÆOS, qui Angelos Spirituales substantias negarunt, & bonos tantum motus cordis esse dixerunt.*

II. *Contra ORIGENEM qui lib. 2. de Princ. c. 13. præter Patrem Filium & Spiritum Sanctum nihil vivere sentit sine corpore.*

III. *Contra TERTULLIANUM CASSIANUM & alios, adserentes Angelos corpus habere, quò subsistant, licet tenuius quàm nos.*

4. Angeli boni mittuntur à DEO. E. sunt substantiæ à DEO distinctæ *contra Paracelsum,*
exia

existimantem Angelos non esse substantias à DEi distinctas, sed tantum vim & virtutem DEi.

5. In Græco est ἀποσελλόμενα præfens quod valdè emphaticum. Significatur enim missionem hanc & ministerium Angelorum esse continuum, quod tamdiu duret, quàm durat præfens hoc seculum. *Contra versionem vulgatam, quæ verbum ἀποσελλόμενα reddidit in perfecto, missi in ministerium.*

6. Angeli sunt πνεύματα λειτουργικά: pios in viis custodiunt Pl. XCI, 11. è malis eripiunt Pl. XXXIV, 8. E. operantur. *contra Weigelium existimantem Angelos nihil operari, omnia in se habere.*

7. Si OMNES Angeli sunt Spiritus administratorii, qui mittuntur ad ministerium propter eos, qui hereditatem capient salutis, utiq; certi Angeli ab hoc officio non sunt arcendi. *Contra Pererium, Thomam Aquinatem & sequaces, qui Dionysii & Gregorii auctoritate permoti statuunt esse quosdam Angelos, qui nunquam mittantur ad ministerium.* Hinc distinguunt inter Angelos ministrantes & adhistentes, quum tamen phrasi sacrâ adhistere & ministrare coincidunt, quod B. Hutterus in LL. CC. probat ex 1. Reg. XXII, 19. Matth. XXV, 31. Hæc adeò clara sunt, ut & quidam Scholastici hujus distine-

fiction

T. n. Opus

hac de re

Scholasti

ariv. ubi

vare.

& san

dicitur

ministr

eos, qui

disting

franes

adfirm

mnes

Maldo

diver

stere &

petiti

intenti

à Lap

bit:

offici

Est en

Nos p

de

functionis nullitatem agnoscant. Becanus
 T. r. Opusc. tract. 14. de Angel. cap. r. §. 6. p. 572.
 hac de re ita disferit: *Tertia sententia* (Sub-
 Scholasticorum) *absolute adfirmat ex omnibus*
ordi nibus mitti ad nos Angelos & res nostras cu-
rare. Et hoc magis conforme est sacris literis,
 & sanctis Patribus. Sanè D. Paulus aperte vi-
 detur hoc docere Ebr. I, 14. Nonne omnes sunt ad-
 ministratorii Spiritus, in ministerium misi propter
 eos, qui hereditatem capient salutis? Heic non
 distingvit Apostolus inter adfistentes & mini-
 strantes, nec inter inferiores ordines. Absolute
 adfirmat omnes esse administratorios spiritus, om-
 nes mitti in salutem electorum. Idem statuit
 Maldonatus in cap. VII. Dan. p. 687. Non sunt
 diversa Angelorum officia, sed unum idemq; as-
 sistere & ministrare. Est enim posterius prioris re-
 petitio, & solent, qui ministrant, ad stare Domino,
 intentosq; in ullum oculos habere. Et Cornelius
 à Lapide super eundem locum p. 1327. ita scri-
 bit: Adde hoc loco non esse diversa Angelorum
 officia adfistere & ministrare, sed unum idemq;.
 Est enim posterius prioris repetitio. Hac illi.
 Nos paucis adjiciemus.

PATRUM SENTENTIAM

de bonorum Angelo-
 rum officio, Ma-

Magna est dignitas animarum ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui Angelum delegatum, *Hieronymus lib. 3. comment. in Matth.*

Item quasi jugum est omnibus sanctis spiritibus, ut herili nutui serviant, non indignam censentes servitutem, sed honori laudique ducentes, *Cyrillus in cap. 6. Esaiæ.*

Habetote familiares Angelos fratres mei, frequentate eos sedulâ cogitatione & devota oratione, qui semper vobis ad sunt ad custodiam & consolationem, *Bernhardus Serm. in Pf. qui habitat.*

Domine quid est homo quod reputas eum? mittis illi unigenitum tuum, promittis vultum tuum, & ne quid vacet in cœlestibus ab opere sollicitudinis, beatos illos spiritus mittis in ministerium nostrum, exclamat *idem in Pf. 91.*

DE ORDINIBUS ANGELORUM.

Esse sedes, sive principatus & potestates cœlestibus spiritibus firmissimè credo, & differre aliquid indubitata fide teneo: sed quænam ista sint, & quid inter se differant, nescio, *Aug. ad Oros. contra Priscill. cap. 11.*

Quid inter se distent quatuor illa vocabula, quibus universam illam societatem videtur

ur Apostolus complexus, dicendo sive Princi-
 atus, sive potestates dicant qui possunt, si ta-
 en possunt probare quod dicunt, ego me ista
 gnorare confiteor, *Idem in Enchir. ad Laur.*
ap. 58.

Wenn nun der rothe Drach mein Leib und
 Seel bestreitet/
 Und sich bald hier bald dort zum Kampff und
 Streit bereitet /
 So weiche nicht von mir du starcker
 Davids-Held/
 Dein Engel schlag' um mich sein Fels-
 sen-festes-Zelt.

IN DIE SS. APOSTOLORUM SI-
 MONIS & JUDE.

Ex Joh. XV. 17.

*Dilige seiores: inimicum dilige fratrem,
 Id Christus mandat: poscit id alma fides.*

ORACULUM SACRUM LVI.

Matth. V. 44. 45.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἀγαπήτω ἕς ἑχθρὸς τοῦ ἑαυτοῦ, εὐλογεῖτω ἕς
 τὸν κατα